

Rigant. loco mox citato a n. 43. ad fin. ubi quod Rota variavit in hac materia.

(94. Recte monet idem Auctor n. 39. rigide inquirendum de Collegialitate, si de ea quæstio sit ad omnes effectus; secus vero si de ipsa disputari contingat incidenter ad unum, vel alterum effectum.

ADDITIONES NOVISSIMÆ.

(95. Collegium vel Universitas tamquam repræsentans unam personam non dicitur aliquid fecisse, nisi omnes, vel major ejus pars consenserint.

(96. Et si vota scindantur in duas partes æquales; non ideo constituunt duo Collegia, vel duas Universitates.

(97. Collegium vel Universitas habens jus patronatus, si dividatur in duas partes habentes æqualia vota, quarum una unum, alia alium præsentet, utraque valet, et est locus gratificationi, pensatis meritis utriusque præsentati. Ita Lambertinus de Jurepatr. l. 2. par. 2. q. 3. art. 8. num. 10.

(98. Scissa Universitate vel Collegio in duas partes habentes æqualia vota circa præsentationem, adhuc illa pars dicitur major et sanior, quæ præsentavit digniorem; ratio est, quia majoritas et sanioritas non coalescit tantum ex numero, sed etiam ex meritis electi, et dignitate eligentium, cum quibus in paritate numeri efficitur major et sanior pars, ut relatis antiquioribus, firmavit Rota coram Cerro decis. 26. num. 33 et 34.

(99. Si autem cum paritate votorum concurrat paritas meritorum in præsentatis, electio non est conclusa, nec est locus gratificationi Ordinarii, aut alterius inferioris a Papa; juxta Glossa in cap. Ecclesia vestra 57. de elect. quam ibi explicant Joan. Andreas, et Abb. num. 13. circa finem vers. dicit.

(100. Præsentati ab Universitate vel Collegio, si paria vota bis in scrutinio uterque sortitus sit, Papa solus potest gratificare, etiam pendente termino ad eligendum; inferior vero non potest gratificare, sed tantum providere jure devoluto, elapso dicto termino. Ita Loth. et Panorm. in dicto cap. Ecclesia vestra num. 13. in fin. vers. Sed si potestas eligendi.

(101. Pendente termino ad eligendum, potest Collegium vel Universitas, toties quoties sibi videbitur, iterare scrutinium, donec sequatur electio per majorem partem.

COLOR PARAMENTORUM

Vide verb. PARAMENTA SACRA, a n. 25. ad 28.

COMA FICTITIA.

SUMMARIUM.

1. Coma fictitia, seu adscititia, vulgo Parrucca, est Personis Ecclesiasticis prohibita. — 2. Nec valet consuetudo contraria. — 3. Referuntur varii Summi Pontifices, qui eam per specialia Edicta sub gravibus penis interdixerunt. — 4. Afferuntur verba Edicti Clementis IX. — 5. Afferuntur verba Edicti Innocentii XI. — 6. Afferuntur verba Edicti Innocentii XII. — 7. Afferuntur verba alterius Edicti Innocentii XII. — 8. Quæ omnia Edicta confirmata

(102. Potest etiam, durante termino, adiri Superior, ut compellat ad concordandum intra certum terminum, quo elapso, ad ipsum devolvatur electio, ut docuit Glossa in cap. penult. in 6. verb. tenentur.

(103. Patroni plures singulares si discordent in præsentatione, fit locus gratificationi; secus quando illi plures constituunt unicam vocem individuum, ut in Universitate et Collegio, quia tunc attenditur tantum factum a majori parte; et si partes sunt æquales, nulla dici potest facta præsentatio. Rot. Decis. 148. num. 10. penes Vivian. de Jurepatronat.

(104. Ideo hoc casu nulla esset provisio Apostolica facta, pendente termino ad præsentandum, favore unius ex præsentatis.

(105. Jura Collegii remanent etiam in uno, et apud ipsum stat nomen totius Universitatis.

(106. Ad extinguendum Collegium actu, attenditur factum de facto, sed in habitu attenditur factum de jure.

(107. Destructio Collegii, per desuetudinem seu rerum naturam, æquiparatur destructioni factæ de jure.

(108. Præpositus ubi adest, regulariter indicat, se fuisse caput Collegii; quod procedit, concurrente circumstantia, quod sub eo antiquitus aderant Canonici tamquam membra ipsius Corporis.

(109. Nomen Præpositi per se non adaptatur Parocho, vel Plebano; potest tamen esse Parochus, retento nomine Præpositi, ex quo cura animarum est penes Collegium, et exercetur per Præpositum tamquam caput ejusdem.

(110. Acclamatio, seu congratulatio Vocalium post electionem factam cum majori parte respectu minoris, vim habet Collegialis approbationis; sic sæpe decisum fuit per Rotam in Leodien. Præposituræ 3. Martii 1648. § finali coram Albergato, et 2. Junii 1687. § finali, et 26. Januarii 1681. § finali coram Benincasa.

(111. Ex dispositione Juris communis electio Prælati in Collegiata pertinet ad Collegium, seu Capitulum; ex cap. In Genesi, et cap. In veteri, de election. quod affirmant quoque Cardinal. de Luca de Benefic. disc. 12. num. 13. Garzias de Benefic. part. 5. cap. 5. n. 58. et seqq. et Rota dec. 32. n. 8.

fuerunt a Clemente XI. ad n. 11. — 12. Afferuntur verba Edicti Benedicti XIII. confirmativi omnium supradictorum. — 13. Tales Comas fictitias, seu Capillitia adscititia pluries prohibuit expresse Sac. Cong. Concilii. — 14. Hinc plurimi, ac gravissimi Doctores tenent, Clericos præsertim in Sacris constitutos, vel Beneficiatos deferentes Comam adscititiam peccare mortaliter. — 15. Zelantes Episcopi in suis Synodis Edictis sub gravibus penis gestationem Comæ fictitiæ solent prohibere, reservata sibi facultate, eam permittendi illis, qui medicorum ju-

dicio valetudinis causa ipsa indigent. — 16. Caveant tamen Episcopi, ne hanc veniam elargiantur, nisi præter causam, etiam Comam ipsam, quam Clerici gestare cupiunt, diligenter examinauerint. — 17. 18. Non possunt tamen Episcopi ulli Sacerdoti licentiam concedere, ut cum Coma fictitia Missam

(1. Coma fictitia, seu adscititia, vulgo Parrucca, est Personis Ecclesiasticis interdicta. Sic sæpe sæpius statuerunt Summi Pontifices, Concilia, tum Generalia, tum Provincialia, tum Synodalia, adeo ut a Caston. in Tractatu de Corona, Tonsura, et Habitu Clericorum, a Clericato in Miscellan. dec. 109. n. 5. et ab Ursaya tom. 4. part. 1. discept. 20. n. 54. numerentur ad id Decreta 16. Bullarum Apostolicarum, 10. Conciliorum Generalium, Provincialium 136. Synodaliū 252.

(2. Nec valet consuetudo contraria, ut optime Clericatus loc. cit. præcisit his verbis: « Nec suffragari potest contraria consuetudo particularium Personarum, vel locorum, quia hæc tamquam abusus, et corruptela, ubique terrarum declarata est, ac damnata infinitis propemodum Constitutionibus, quas collegit Caston. Chamillard. in Tractatu de Corona, Tonsura, et Habitu Cleric. in quo leguntur Decreta. 16. Bullarum Apostolicarum, 10. Conciliorum Generalium, Provincialium 136. Synodaliū 252. et ulterius referuntur plurimæ SS. Patrum sententiæ, Principum, ac Senatum Edicta, Theologorum, ac Canonistarum allegationes in condemnationem Clericorum relaxantium Comam. Neminem vero latet invalidam nulliusque roboris esse consuetudinem (quamvis centenariam, et immemorabilem) quæ declarata est abusus, et corruptela. »

(3. Hinc Clemens IX. Innocentius XI. Innocentius XII. Clemens XI. Benedictus XIII. per specialia Edicta sub gravibus penis interdixere Personis Ecclesiasticis tales fictitias comas, seu adscititia Capillitia.

(4. Verba Edicti sanct. mem. Clem. IX. sub die 29. Junii 1667. sunt sequentia: « Comanda, che non sia permesso ec. non avere la Chierica, Corona Ecclesiastica ec. e senza Zazzera, o Capigliatura, e questo sotto pena di Scudi dieci d' applicarsi ad opere pie, e Luoghi Pii conforme al solito. »

(5. Verba edicti san. mem. Innocentii XI. sub die 10. Octobris 1681. sunt: « Che la Chierica si veda, e li Capelli sieno corti, accio non resti coperta, et si distingua il Sacerdote per la Tonsura e Abito. »

(6. Verba Edicti san. mem. Innocentii XII. sub die 20. Nov. 1691. sunt sequentia: « Si ordina parimente e comanda, che nessun Sacerdote o Chierico ancora di prima Tonsura come sopra, porti Zazzera, o Capigliatura, e nemmeno Zazzera, o Capelli finti chiamata volgarmente Parrucca, che cuopra la fronte, e l' orecchie sotto pena ec. per qualsivoglia volta si trasgredira, della carcere, e di scudi dieci d' applicarsi ad opere, e Luoghi Pii. »

(7. Verba Edicti ejusdem san. mem. Innocentii XII. sub die 31. Martii 1699. sunt hæc: « Che verun Sacerdote, o ordinato in

celebret. — 19. Quæ dispensatio neque ab Episcopis, neque a Legatis Sedis Apostolicæ concedi potest. — 20. Episcopi justa de causa potestatem facere queunt Clericis gerendi Comam fictitiam. — 21. De differentia Comam fictitiam inter ac circulum Capillorum. Remissive.

Sacris, o ancora Chierico di prima Tonsura, come sopra, porti Zazzera, o Capigliatura, che cuopra la fronte, e le orecchie sotto pena in ciascheduno di detti casi, e per qualsivoglia volta, che si trasgredira, di dieci Scudi d' applicarsi ad Opere e Luoghi Pii, ed altrettanti giorni di carcere. Che non permettono ec. che il Sacerdote celebri con Capigliatura finta detta comunemente Parrucca sotto pena tanto a' medesimi deputati, o Sagrestani come sopra, quanto a' Sacerdoti, che celebrano in qualsivoglia di detti casi, della Sospensione da' Divini Offizj da incorrersi ipso facto senza altra dichiarazione. »

(8. Quæ Edicta confirmata fuerunt a san. mem. Clemente XI. die 7. Decembris 1706. sequentibus verbis: « Primieramente col presente Editto si rinnovano gli altri sopra tal maniera publicati, ed in specie li 29. Giugno 1667. e li 10. Ottobre 1681. e li 20. Novembre 1691. e li 22. Novembre 1696. e li 31. Marzo 1699. dalli Sommi Pontefici Clemente IX., Innocentio XI. ed Innocentio XII. ec. »

« Si ordina parimente, e comanda che verun Sacerdote, ed ordinato in Sacris, o ancora Chierico di prima Tonsura, come sopra, porti Zazzera, o Capigliatura, che cuopra la fronte, e l' orecchie sotto pena in ciascheduno di detti casi, e per qualsivoglia volta, che si trasgredira, di dieci Scudi d' applicarsi subito all' Opere, e Luoghi Pii, e d' altrettanti giorni di carcere. Potendo in oltre esser certi quelli, che contravverranno, che la loro disobbedienza sarà ad essi di totale impedimento per conseguire qualsivoglia Beneficio, o Officio Ecclesiastico. » (10. Nec non die 18. Jun. 1714. sequentibus verbis: « Che non si permetta che alcun Sacerdote celebri con Capigliatura finta detta comunemente Parrucca. Altrimenti incorreranno nella Sospensione ipso facto secondo l'ultimo Editto. »

(11. Immo idem san. mem. Clem. XI. quoad obligatos ad Chorum in Urbis Basilicis, et Collegiatis Ecclesiis die 4. Maii 1701. per organum Congregationis Visitat. Apostolicæ sequens publicavit præceptum punctualissimæ exequutioni usque ad hodie demandatum, et registratum in Lib. Decret. ejusdem Sacræ Congregationis ab ann. 1692. usque ad annum 1705. fol. 154.

« Considerando la Santità di N. S. Papa Clemente XI. quello, che da' Sacri Canonici, dal Sacro Concilio di Trento, e da altre Ordinanze Apostoliche si prescrive sopra la moderazione, e congrua Tonsura di Capelli delle Persone Ecclesiastiche, e riconoscendosi dalla S. S. quanto repugni alla disposizione de' medesimi Sacri Canonici, e sia disconveniente ed indecente a chiunque professata stato Clericale, usare Capelliere finte

dette volgarmente Parrucche, e specialmente a quelli, che essendo obbligati al servizio delle Chiese devono assistere alli Divini Offizj, nel Coro: d'ordine espresso datoci a bocca comanda; che in avvenire principiando dal primo giorno d'Agosto dell'anno corrente, niuno che in qualsivoglia Basilica e Chiesa di Roma goda Vicariati, Dignità, Canonicati, Beneficiati, e Chiericati, Mansionariati, Capellanie perpetue, o annuali, Prebende, ed ogni altro Officio, che con qualunque titolo abbia annesso il servizio della Chiesa, e l'assistenza del Coro, non intervenga con Capelli finti, girelli posticci, o Parrucche, benchè queste fossero liscie, corte, e moderate, o con Berrettini di artificio straordinario, ed insolito a praticarsi, e la S. S. espressamente comanda, che ciascheduno de' soprannominati, che ardisse d'intervenire, ed assistere alle Messe, Divini Offizj, Processioni ed ogni altra funzione Ecclesiastica con Capelli finti, girelli, Parrucche, ovvero Berrettini di artificio straordinario, ed insolito a praticarsi, come sopra, terminato il mese di Luglio prossimo venturo sia tenuto, e reputato come assente, e dalli Puntatori si punti, come se non fosse in modo alcuno intervenuto, e presente, lasciando in suo vigore tutte le ordinazioni, proibizioni, e pene rispettivamente altre volte decretate contro li Ecclesiastici, ec. che usassero Capelli finti, e Parrucche. »

(12. Verba edicti san. mem. Benedicti XIII. sub die 20. Decembr. 1724. sunt ista: « Primieramente col presente Editto si rinnovano gli altri sopra tal materia pubblicati, ed in specie a 29. Giugno 1667. a 10 Ottobre 1681. a 20. Nov. 1691. a 22. Novemb. 1696. ed. a 17. Decemb. 1706. per ordine de' Sommi Pontefici Clem. IX. Innoc. XI. Innoc. XII. e di Clem. XI. di fel. mem. ed a quelli riferendosi, e rispettivamente ampliandoli ordina, e comanda: Che niun Sacerdote, ed ordinato in Sacris, o Chierico Benefiziato, come sopra, ancorche il Benefizio sia tenue secondo la risoluzione della Sacra Congreg. del Concilio 18 Sett. 1677. possa andare per la Città dalla levata del Sole sino a mezz'ora di notte con Abito, e veste corta, e sia tenuto andare con Abito lungo sino al collo del piede detto volgarmente Abito talare, che ciascuno de' suddetti devono avere; e se vi fosse qualcheduno, che non l'avesse, se li da un mese di tempo a provvedersene, ed in oltre debba sempre portare la Chierica, o sia Corona, o Tonsura Clericale della grandezza conveniente all'Ordine, e grado di ciascheduno, la quale però non sia minore d'un Testone, e sia totalmente apparente, e così spesso rinnovata, che si possa ben vedere.

« Ordina parimente, e comanda, che niun Sacerdote, ed ordinato in Sacris, o ancora Chierico di prima Tonsura come sopra, porti Zazzera, o Capigliatura, che cuopra la fronte, e le orecchie, e molto meno usi Parrucca sotto pena in ciascheduno di detti casi, e per qualsivoglia volta, che si trasgredirà, di dieci scudi da applicarsi subito ad

Opere, e Luoghi Pii, e di altrettanti giorni di carcere, potendo in oltre esser certi quei, che contravveranno, che la disobbedienza sarà loro di totale impedimento per conseguire qualsivoglia Benefizio, o Officio Ecclesiastico. Comanda parimente a tutti i Rettori, Sagrestani, Capellani, Custodi, o altri sotto qualsivoglia nome deputati all'amministrazione, cura, o sovrintendenza di qualsivoglia Sagrestia, tanto nelle Patriarcali, Basiliche, Collegiate, Congregazioni, Oratorj, Cappelle, Ospedali, ed altre Chiese secolari, quanto di qualsivoglia Chiesa Regolare, o in qualsivoglia modo privilegiata, tanto dentro di Roma, come de' Sobborghi, che non permettano ad alcun Sacerdote di celebrare nelle loro Chiese, o Cappelle senza la Chierica, o Tonsura Clericale, o senza l'Abito decente, e talare, qual' Abito il Sacerdote l'abbia indosso avanti l'ingresso della Chiesa, nè possa esserli prestato, o vestirsi dentro la Sagrestia, o che il Sacerdote celebri con Capigliatura finta detta comunemente Parrucca, ovvero con l'anello, anzi che, nè tampoco permettano di celebrare a qualsivoglia Sacerdote, in cui si riconosce chiaramente, che porta Parrucca, ancorchè la lasci in Sagrestia, o prima d'entrare in essa sotto pena tanto ai medesimi Deputati, e Sagrestani, come sopra quanto a' Sacerdoti, che celebrano in qualsivoglia de' detti casi, della sospensione a *Divinis* da incorrersi *ipso facto* senz'altra dichiarazione per quindici giorni riservata a Noi, oltre alle altre di carcere, e pecuniarie come sopra, espresse. »

(13. Et tales Comas fictitias, seu Capillitias adscitias pluries prohibuit expresse Sacra Congregat. Concil. et signanter in *Bergomen. sub die 9. Decembris 1690. lib. 4. Decret. fol. 763.* rejiciendo instantiam Abbatis Petri Negrone Canonici Cathedralis deferendi Comam fictitiam in Choro sub prætextu frigiditatis, et subtilitatis aeris. Et in *Vigilien. Synodi 28. Maii 1699. ad dub. 28.* ubi approbat penam Excommunicationis impositam Clericis ferentibus dictas Comas fictitias, aut Capillitias adscitias; in *Melphiten. 8. Augusti 1722.* approbando edictum Episcopi interdictis Clericis sub pœnis arbitrariis etiam excommunicationis, delationem Capillitii adscitii, seu Comæ fictitiæ vulgo *Parrucca*.

(14. Hinc plurimi, ac gravissimi Doctores tenent Clericos præsertim in Sacris constitutos, vel Beneficiatos deferentes Comam adscitiam calamitratam contra tot Pontificias, Conciliares, ac Synodales prohibitiones peccare mortaliter, cum obligent sub culpa gravi, per text. in *cap. si quis venerit. 2. de Majorit. et obedient. ibique Barbosa num. 6. et 7.* de comuni sententia testatur Fagnan. in *c. quoniam de Constitutionibus num. 22.* et Clericatus de *Sacrificio Missæ decis. 48. a num. 21. ad num. 27.* reprobando inclinantes in oppositum respondet omnibus contrariis, optimum dans consilium Confessariis, ne absolvant Clericos adulterinos Capillos gestantes, eo quod id involvit lethalem culpam, ibi: « Utinam criniti Clerici, et

eorum Confessarii serio considerarent delationem Comæ in Ministris Sacris esse peccatum mortale, ut probant etc. Hi enim non impenderent ipsis Sacramentalem absolutionem et illi melius consulerent animabus suis. »

Et in terminis exclamando contra similem abusum, et junctis manibus Deum exorando, ut nostrorum temporum Confessarii imitentur Confessarios illos, qui absolutionem negabant Clericis ad ipsos accedentes cum fictitia Coma, inter quos pia memoria vir. P. Joannes Maria Mons-Rubeus Sacerdos Congr. Oratorij Patavii atque P. Joannes Marianus in Historia Congr. Oratorij Neapolis t. 4. lib. 3. cap. 9. ibi: « Fosse in piacere di Dio che in questi nostri tempi, nei quali gli Ecclesiastici anche Sacerdoti non contenti de' proprj Capelli, li prendono in prestito da altri comprandoli a caro prezzo per vanamente ornare il loro venerando Capo, vi fossero molti imitatori del Monterosso, che con petto costante latrassero come cani fedeli contro questo intollerabile abuso, e come giusti, e severi Giudici negassero a' trasgressori l'assoluzione, che ben tosto si vedrebbe tolta la vanità de' Capelli, e delle vesti corte, e quasi secolaresche, che con sì poca edificazione si usano oggi da molti Ecclesiastici. » Et Clericat. de *Sacrament. Ordin. decis. 10. num. 28.* ubi: « quod idem P. Mons-Rubeus (sunt ejus præcisa verba) adeo zelabat observantiam Sacrorum Canonum, circa Clericalem Tonsuram, ut cuicumque Clerico Comam, Capillosve prolixos deferentes constanter absolutionem Sacramentalem negaret. Et quadam die Capellano cujusdam exteri Episcopi, ac Principis prohibuit celebrare in Ecclesia sui Oratorij, quia comatus erat, et eidem Capellano dicenti sibi, usum deferendi Comam ab Ecclesiasticis esse universalem, pius Pater respondit abusum fore, et corruptelam incessanter ab Ecclesia, et a Summis Pontificibus damnatam, etc. Quapropter Capellanus ille confusus, et ejus Herus convictus absque Missæ celebratione discesserunt. » Sic ad Literam refert doctissimus D. Ursaya tom. 4. part. 1. *discept. 20. a n. 59. ad 62.* Vide ipsum per totam dictam disceptationem, ubi plurima ad rem scitu dignissima.

ADDITIONES AUCTORIS.

(15. Gestationem Comæ fictitiæ vulgo *Parrucca* esse Personis Ecclesiasticis interdictam jam supra late tradidi, et in *verb. Pileolus.* Hinc solent zelantes Episcopi suis in Synodis, aut Edictis sub gravibus pœnis eam Clericis omnibus prohibere, reservata sibi facultate, qua pollent, ut eruditissime suo more tradit Benedictus XIV. de *Synodo Diocesana lib. 7. c. 60. n. 5.* eam permittendi illis, qui Medicorum judicio valetudinis causa ipsa indigent, uti prudenter factum animadvertit in Synodo Bononiensi anni 1698. *lib. 3. c. 1.* ubi similis prohibitio hæc mitigatur limitatione: *Nisi ex causa Nobis, vel Vicario nostro cognita indulgendum ad tempus arbitrabitur;* atque in Synodo Ascu-

lana anni 1719. c. 20. *nisi ex justa, et rationabili causa dispensationem impetraverint.* Et in hac Synodo Alexandrina anni 1732. cui et ego tamquam Consultor, atque Examinator interfui, ubi sub c. 10. *de vita, et honestate Clericorum* inter alia hæc statuuntur: « Multo magis præcipimus, ne quis ex Clericis Comam nutriat, vel concinnet, vel Coma fictitia utatur, neque pulvere Cyprio aspergat; quod si necessitas postulaverit Comam fictitiam, non nisi prævia concessionis formam adhibebunt, ita ut in hac materia peccantes habendi sunt tamquam in Tonsura non incedentes, iisdem pœnis puniendi. » (16. Monet tamen Pontifex *loc. cit.* quod caveant Episcopi, ne hanc veniam elargiantur, nisi præter causam, etiam Comam ipsam, quam Clerici gestare cupiunt, diligenter examinauerint. Non alia siquidem est iisdem, præcipue si sint in Sacris constituti, permittenda, nisi quæ nullam præferat vanitatem; sed tanta sit moderazione, ac modestia concinnata, ut omnibus manifeste appareat, eam ob meram necessitatem, non ad luxum, et pompam, ad capitis, non ornamentum, sed tegumentum adhiberi.

(17. Nullimode tamen possunt Episcopi ulli Sacerdoti licentiam concedere, ut cum Coma fictitia, seu adscititia Missam celebret: ut pluries decreverunt Sacra Congregationes, et statuerunt Summi Pontifices.

(18. Cum enim in Congregatione particulari ab Alexandro VIII. anno 1690. deputata, fuerit speciatim discussum, an *Pileoli* nomine comprehendatur etiam Coma supposititia, ita ut neque cum hac fas sit Sacerdoti, sine dispensatione Papæ, Missam facere, etiamsi illa sit decens et modesta, responsum fuit *comprehendi*, in cujus quidem decreti sequelam Innocentius XII. per suos Apostolicos Nuncios locorum Ordinarios moneri jussit, ne quemquam permetterent, sine dispensatione Apostolica, cum Capillitio fictitio Missam celebrare, ut ex aliis refert dictus eruditissimus et zelantissimus Pontifex *loc. cit. n. 5.* (19. Quam dispensationem Presbyteris actu celebrantibus concedi non posse neque ab Episcopis, neque a Legatis Sedis Apostolicæ, idem Pontifex Benedict. XIV. probat in *Instit. Ecclesiast. Instit. 34. § 4.* Vid. supra, et in *verb. Missa art. 9. n. 2. ad 4. et verb. Pileolus n. 7.* ubi referuntur dictæ Apostolicæ prohibitiones.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(20. Dubitant aliqui Episcopi, an justa de causa potestatem facere queant Clericis, Beneficio præditis, vel Sacris Ordinibus initiatis gerendi Comam fictitiam. At omne dubium sustulisse videtur Summus Pontifex Benedictus XIV. posse affirmando, tum de *Synod. Diocesan. l. 11. cap. 9. num. 5.* tum *Institut. Eccles. n. 8.* extra tamen celebrationem Missæ.

(21. De differentia Comam fictitiam inter

ac circum Capillorum, tum an hic eandem, dem Benedict. XIV. dicta Institut. Eccles. ac illa, prohibitionem incurrat, vide eundem Benedict. XIV. dicta Institut. Eccles. 69. num. 5. et plur. sequent. (1).

COMESATIONES

Vide verb. ECCLESIA art. 5, num. 53.

COMMEMORATIO.

SUMMARIUM.

1. Commemoratio Romani Pontificis, et Episcopi Latini Diocesani ab Italo-Græcis in Missis fieri præcipitur. — 2. Permittitur tamen Commemoratio Episcopi Græci exercentis Pontificalia in ea Diocesi. — 3. Schismatici, vel hæretici Patriarchæ, sive Episcopi Commemoratio fieri nullo modo potest ab Orientalibus. — 4. Immo in iis locis Romani Pontificis Commemoratio fieri omnino debet; et quare. — 5. Monitum Benedicti XIV. hac de re in Epistola de novi Euchologii Græci editione. — 6. Antiquam esse

(1. Commemoratio Romani Pontificis, et Episcopi Latini Diocesani, ab Italo-Græcis in Missis fieri præcipitur a Summo Pontifice Benedicto XIV. Const. incip. *Etsi Pastoralis* § 9. Non vero Patriarcharum, vel Episcoporum Orientalium; idem *ibid.*

(2. Permittitur tamen Commemoratio Episcopi Græci exercentis Pontificalia in ea Diocesi de licentia S. Sedis, vel Ordinarii; idem *ibid.*

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(3. De commemoratione in sacris Liturgiis faciendâ addendum censuimus, Schismatici, vel Hæretici Patriarchæ, sive Episcopi Commemorationem fieri nullo modo posse a Græcis, Armenis, aliisque Orientalibus. Nam id esset cum iisdem in divinis communicare, ac probare quodammodo Schisma, vel Hæresim. (4. Immo in iis locis Rom. Pontif. Commemoratio fieri omnino debet; tum quia hæc Commemoratio tessera est communionis cum eodem Pontifice; tum etiam quia ibi necessaria ad tollendam Schismatis suspicionem, et ad Fidem illam profitendam, quam Schismatici, negando ornamatum Summi Pontificis, contemnunt. (5. Huc spectat monitum primum, quod Benedictus XIV. in prima de novi Euchologii Græci editione Epistola proponit: « Sciendum est, inquit, quod Sacerdotes, qui Euchologio sunt usuri, nosse debent Ecclesiasticos Sanctorum Patrum Canones, et Catholicæ Ecclesiæ Constitutiones, ne divina administrantes Sacramenta, aliaque peragentes officia, errare comperiantur. Cum igitur in Sacra Liturgia Commemorationes fieri soleant, oportet primum quidem Romani Pontificis Commemorationem agi, deinde proprii Episcopi, et Patriarchæ, dummodo Catholici sint. Quod si alter eorum, vel ambo sint Schismatici, sive Hæretici, eorum Commemoratio nequaquam fiat.»

(1) De coma fictitia consulendus Saussaius in *Fanopia sacerdotali*, et Thiers *Histoire des Per-*

hanc consuetudinem probatur ex eo, quod omnes Latini eujuscumque ritus Romani Pontificis Commemorationem faciunt. — 7. In Græca quoque Ecclesia a multis sæculis hæc Commemoratio fieri consuevit. — 8. 9. Quod probatur ex historia. — 10. 15. Et post natum in Græcis schisma nunquam agi cœptum est de unione cum Romana Ecclesia, nisi admissa conditione, ut S. Liturgiæ Romani Pontificis nomen insereretur. — 14. Hinc Apostolica Sedes Græco-Italis imperavit, ut hanc Commemorationem facerent; et a variis Orientalis ritus Christianis in Synodis id constitutum legitur.

Id autem decreto consonum est Cong. habitæ 1. Maji anno 1746. ac a Pontifice Maximo probato, quo instructionem hanc Euchologio præmittendam præcipiebatur. (6. Omnes Latini sive Ambrosianum, sive Mozarabicum, sive alium quemcumque ritum habentes, in Missa Romani Pontificis Commemorationem faciunt, quod argumentum est, antiquam esse, et a primis deductam temporibus hanc in Latina Ecclesia consuetudinem. (7. In Græca quoque Ecclesia a multis sæculi hanc fieri consuevisse Commemorationem, et nonnisi orto Schismate sublatam facile conjicimus. (8. Nam Romanus Pontifex Acacium Constantinopolitanum Antistitem communionem privavit, quod anno 484. inauditum ad eam diem temeritatis excessu Felicis III. Romani Pontificis nomen e diptychis abarserit, cujus damnationi Græca quoque Ecclesia subscripsit sub Hormisda Pontifice, ac Justino Imperatore. Erat itaque in Sacris diptychis Romani Pontificis nomen; pro eo ergo nominatim orabant Græci inter Missarum solemnias. (9. Quod quidem magis magisque comprobatur ex eo, quod Michael Cæularius Photiani Schismatis instaurator ad alios Patriarchas Orientis scripserit, ut videre est apud Cotelierum tom. 2. monument. Eccles. Græcæ num. 9. p. 140. ac miratus sit, quod nomen Romani Pontificis in sacris diptychis recenserent. Cui Petrus Patriarcha Antiochenus ita respondit Epistola ab eodem Cotelierio in citato Opere relata: « Ad hæc ego quoque testis sum omni exceptione major, alique mecum plures eorum, qui in Ecclesia præcellunt, quod sub beatæ memoriæ Patriarcha Antiochiæ Domino Joanne, Papa Romæ ipse etiam Joannes nominatus in Sacris Diptychis refertur. Constantinopolim præterea ante hos annos quadraginta quinque ingressus reperi, sub sanctæ memoriæ Patriarcha Domino Sergio, prædictum Pa-

ruques, Parisiis 1690, quæ Venetiis Italice prodit 1724. (Edit. Barbiell.)

pam in Sacra missa cum aliis Patriarchis referri. » (10. Accedit etiam, post natum in Græcis Schisma nunquam agi cœptum de unione cum Romana Ecclesia instauranda, nisi ea in antecessum admissa conditio fuerit, ut Sacræ Liturgiæ Romani Pontificis Commemoratio insereretur. (11. Hanc sane conditionem Michaeli Palæologo anno 1163. unione optanti Urbanus IV. proposuit, teste Niceta lib. 5. cap. 2. eandemque conditionem proposuit in Concilio Lugdunensi anno 1275. Beatus Gregorius X. eamque a Græcis fuisse admissam, ac executioni demandatam asserit Pachymeres lib. 5. cap. 32. ubi ait: « Ex hoc Legatorum adventu pacem factam referentium, duo consecuta sunt, vi prius conventorum exauctoratio Patriarchæ, et Papæ in Sacro Commemoratio publica. »

(12. Id etiam in Florentina Synodo actum fuisse testatur quoque Sylvester Sguropulus Schismaticus Scriptor in *hist. Concil. Flo-*

COMMODATUM.

SUMMARIUM.

1. Commodatum unde sit dictum. — 2. Qui rem alteri commodat, dicitur *Commodans*, seu *Commodator*. Qui autem rem sibi commodatam recipit, appellatur *Commodatarius*. — 3. Commodatum quid sit. — 4. Commodari potest quælibet res, sive immobilis, sive mobilis. — 5. Commodatum differt a pignore, et deposito, et quare. — 6. Non est licitum uti re commodata ad alium usum præter eum, ad quem est concessa. — 7. Commodatum differt a precario, et quare. — 8. Commodatum differt a locatione, emphyteusi, et aliis similibus contractibus, et quare. — 9. Commodatum differt a mutuo, et quare. — 10. Culpa aliter sumitur apud Theologos, et aliter apud Juristas, et assignatur differentia. — 11. Culpa juridica, seu civilis, quæ ad præsens spectat, dividitur in culpam latam, levem, et levissimam. — 12. Culpa lata quid sit. — 13. Culpa lata, licet dolus proprie non sit, tamen in jure æquiparatur dolo. — 14. Culpa levis quid sit. — 15. Culpa levissima quid sit. — 16. Casus fortuitus quid sit. — 17. Dolus quid sit. — 18. Cum aliquid commodatur in gratiam Commodatarii tantum, tunc Commodatarius obligatur etiam ex levissima culpa; ad n. 19. — 20. Affertur ratio probans ad id teneri Commodatarium etiam in foro conscientie ante omnem sententiam Judicis. — 21. Opposita, seu negativa sententia est etiam probabilis. — 22. In praxi tamen tenenda est sententia affirmativa. — 23. Cum aliquid commodatur in gratiam, vel utilitatem solius Commodantis, et non Commodatarii, tunc Commodatarius tenetur secum de dolo, et culpa lata, non autem de culpa levi, et levissima. — 24. Cum aliquid commodatur in gratiam utriusque, scilicet Commodantis et Commodatarii, tunc Commodatarius tenetur de culpa lata, et levi, non autem de levissima. — 25. Affertur ad id exemplum. — 26. Qui utitur re commodata ad diversum usum ab eo, pro quo fuit sibi commodata, tenetur de omni damno causato in tali re propter diversum, et longiorum, seu graviorum usum de ipsa factum. — 27. Commodatarius, qui equum v. g. sibi commodatum adhibet ad solum moderatum usum, seu iter, pro quo fuit sibi commodatus, abunde interim ei ad vitam necessaria suppedians, licet ex tali usu, et itinere, deterior, et pretio vilior factus sit, sine ulla sua culpa, nullum damnum Commodatori pro tali deterioratione præstare tenetur. — 28. Si vero culpa Commodatarii equus sit factus deterior, tunc de ea deterioratione tenetur. — 29. Ex Commodato

rentini sess. 10, cap. 12. (13. Eademque præmissa conditione tentata iterum fuit concordia a Constantino, dum ad Nicolaum V. Legatos pro ea interim obtinenda misit. Hujus autem Commemorationis necessitas ex eo patet, quia hæc membrorum cum Ecclesiæ capite communionis est tessera. (14. Hinc Apostolica Sedes Græco-Italis imperavit, *Constit. Etsi Pastoralis*, ut hanc Commemorationem facerent; et a variis Orientalis Ritus Christianis in Synodis id constitutum legitur. In Synodo præsertim Zamosciæ a Ruthenis habita 1710. et in ea, quæ in Monte Libano a Maronitis celebrata fuit anno 1736. in qua *tit. de Symb. Fidei num. 12.* habetur: « Sanctissimi Romani Pontificis Commemorationem tam in Missis, quam in Divinis Officiis, ante Reverendissimi Domini Patriarchæ nomen, ut hactenus consuevimus, celebrare non omittamus. »

duæ oriuntur actiones, una, quæ dicitur *actio directa Commodati*; et altera, quæ dicitur *actio contraria Commodati*. Actio directa Commodati, quæ sit. — 30. Actio contraria Commodati, quæ sit. — 31. Actio contraria Commodati competit Commodatario, si Commodans non patiatur Commodatarium uti re pro eo tempore, et usu pro quo est commodata. — 32. Cum dicitur rem commodatam non posse repeti ante tempus finitum, vel usum rei expietum, pro quo fuerat res concessa; id limitari debet, nisi inopinate, eveniat, ut ipse Commodans æquale damnum sit passurus, nisi rem commodatam mox repetat. — 33. Secundo actio contraria Commodati competit Commodatario quando Commodans scienter ipsi commodavit rem vitiosam, propter quam Commodatarius damnum passus est. — 34. Secus autem, si Commodans ignoranter rem vitiosam ipsi commodavit. — 35. Tertio, actio contraria Commodati competit Commodatario, ad recuperandas a Commodante impensas majores, et extraordinarias, quas fecit circa rem commodatam. — 36. Commodatarius non tenetur de casu fortuito, quo res sibi commodata perit. — 37. Affertur ratio. — 38. Excipiuntur tamen communiter tres casus, in quibus Commodatarius etiam de casu fortuito tenetur; et habentur expressi in *cap. Cum gratia unic. de Commodato*. — 39. Primus casus est, si culpa Commodatarii secutus est casus infelix, seu eventus fortuitus. — 40. Secundus casus est, si ab initio ita conventum fuit, ut Commodatarius omne periculum eventus fortuiti in se susciperet. — 41. Tertius casus est, si Commodatarius fuit in culpabili mora restituendi rem commodatam. — 42. Dummodo tamen mora fuerit culpabilis. — 43. Et dummodo res commodata peritura non fuisset apud Dominum, si suo tempore et loco restituta fuisset. — 44. Si enim res commodata eodem modo peritura fuisset apud Dominum, etiamsi suo tempore, et loco restituta fuisset, tunc morosus Commodatarius non teneretur ad compensandum damnum. — 45. Hoc tamen est intelligendum si Dominus non erat rem commodatam venditurus; quia, si fortasse interea Dominus rem sibi restitutam vendidisset, tunc Commodatarius teneretur de damno causato Commodanti ratione suæ culpabilis moræ. — 46. Datur etiam quartus casus, in quo Commodatarius præstare debet casum fortuitum, nempe si res commodata tradatur æstimata Commodatario. — 47. Commodatarius ad nullum damnum tenetur, licet res commodata culpa nuncii, vel casu fortuito pereat, quando rem commodatam consignavit ipsi nuncio de expresso mandato Com-